

9 Pitschmann

1706

H. Sax. D
469

1450

MEMORIAS
FAMILIÆ
GERSDORF-
FIORUM

QVASDAM, UT PRODRUMUM
HISTORIÆ GERSDORFFIANÆ
EXHIBET

M. CHRISTIANUS Gottlob Bitschmann/
SIEGERSDORFFIO - LUSATUS
SS. THEOL. STUD.



GORLICII
APUD JACOBUM ROHRLACHIUM.
MDCCVI.

Dy 1237
Fam. nob. Sax. Vol. 5

MEMORIAS
FAMILIAE
GERSDORF-
FIORUM

QUASDAE UT PRODOMUM
HISTORIAE GERSDORFIANAE
EXHIBET

M. CHRISTIANUS SEPTIMUS GERSDORFII
SEGERSDORFII - LEIPZIG
22. Febr. 1780.

GÖTTINGEN
LEIPZIG
LEIPZIG

A Son Excellence

Monsieur

**WOLFF ABRA-
HAM de GERS-
DORFF,**

*Conseiller & Directeur du Duché de Gærlitz de
la Principauté d' Ober-Lausitz de Sa Majesté
Roy de Pologne & Electeur de Saxe, Seig-
neur de Myckenhayn, Horcke,
Saehrgen, Kaltvasser,
Byhan &c.*



):(2

Mon-





Monfieur





*J*E Vous presente Les Memoi-
res de la Famille de Gersdorff,
& je Vous supplie tres-
humblement de vouloir
aggréer, que je les fasse
paroître icy sous *Vôtre* autorité, comme
une

Memoire

1711

une preuve de mon profond respect &
de la vive reconnoissance, que je conser-
ve pour les marques de *Vôtre* bienveil-
lance, que j'ai receuës. Car je suis in-
capable d'oublier toutes les bontes, que
Vous avez euës pour mon feu Pere. Et
bienque je ne puisse pas exprimer tous
les bienfaits; neanmoins il ét vray, que
Vous avez été la seule chose de sa fortune,
& que le bien, que *Vous* nous avés fait ét
sans pareil. Je suis donc contraint, de
Vous rendre graces treshumbles, & je *Vous*
prie, de me vouloir toujourns du bien.
Le Dieu exauce les voeux, que je porte
aux pieds de son thrône pour attirer sur
Vôtre

Vôtre Personne & sur toute la Famille de
Gersdorff les plus précieuses bénédicti-
ons. Je les souhaite de tout mon cœur
étant.

Monfieur

Vôtre tres-humble, tres-obeissant,
& tres-respectieus fer-
viteur.

Horn d. 15. Mars
1706.

Crétien Gottlob Pitschmann,
Maitre en Philosophie.



PRÆPARATIO.

§. I.



Atendum omnino est, majores nostros in conferenda Nobilitate bonum Reip. respexisse. Hæc enim quasi cum imperante agit, & tacita loquitur: Nulla salus mihi, nisi a te, nullum incrementum sine te; tibi uni omnium civium vitæ traditæ; tibi cura gregis conservandi habenda; tu non solum ad fanciendas leges & evertendas malitias, sed & honorandos virtute exornatos vales. En! Nobiles supra vulgarem sortem eminentes non inconcin- niter floribus comparantur, ut illud in societate præstent, quod hi in pratis solent 1). Fac ergo, ut præclare meriti cives in statum nobilem certis privilegiis, certoque existi- mationis gradu donatum locentur, quo & alii præmio vir- tutis commoti ipsam colant.

§. II.

Quemadmodum vero summa potestate præditus di- gnitatem & salutem provinciæ suis commodis præferre de- bet; ita etiam hisce precibus locum relinquere & agnoscere tenetur virtutem sese in usum vitæ civilis diffundentem, honoreque dignam.

A

§. III.

1) Obrecht Dissert. de Regalibus thes. 115.

§. III.

Orta inde est dignitas civilis s. claritudo generis à parentibus nobilibus in liberos per traducem transfundenda, vel a Principe jura Majestatis habente, & superiorem non recognoscente, vel ab eo, cui Imperator hoc specialiter concessit, vel lege, vel consuetudine, ob virtutes Reip. aut vitæ communi salutare & commodas, vel res præclare gestas aut toti alicui familiæ, aut uni collata. Orta inde est nobilitas uni forti vel prudenti viro collata in posteros partim, partim neutiquam in eos propaganda.

§. IV.

Quæ cum ita sint, haud difficile est assertu, Nobilitatem novam non quidem ex se parere odium: quum virtus hujus etiam fundamentum esse possit, quæ & esse debet. Idem nobiscum agnoscit L' Oyseau 2). C' est un commun dire, que la noblesse vient de vertu, de sorte, que la vertu des ancestres fait la noblesse de race, & la vertu d' un chacun fait noblesse personelle. Bref, la vertu est la cause de la noblesse, & la noblesse est l' effect de la vertu.

§. V.

Quamvis vero inquirere nolim; num recens creati nobiles semper virtute nobilitatem acquirant; hoc tamen certo certius constat, Sueciæ 3), Misniæ 4), Lusatiaë 5) imo
rotius

2) L. I. des Offic. c. IX. n. VI. cit. I. C. Becmanno in Syntagm. Dignit. Ill. Diss. XIV. c. II. n. IV. p. 1181. Ff. & Lips. 1696.

3) Joh. Loccen. Antiquitatum Sueo-Gothicarum L. II. c. 9. p. 63. ed. Ff. & Lips. 1676.

4) Magnificus atque Summe-Reverendus Dn. D. Rechenberg. Prof. Theob. in celeberrima Lips. Academia Primarius in Diss. de Nobil. Misn. Literata Sect. I. §. 4. hbt. 1694.

totius Germaniæ 6) nobilitatem originem debere virtuti. Nec est, quod exempla longinquiora repetamus, quibus quæ dixi illustrentur ad fidem faciendam, quum *memoria Familiae antiquæ Gersdorffiorum* ad probandum, quod olim virtus nobilitatis fundamentum fuit, sufficiant. De quibus ut peculiari scripto agam & stirpis istius dignitas, quam præ se tulit, ignorantia fere nebulis obscurata, & splendor, quem alit, & descriptio ejusdem ab aliis neglecta me impulerunt. Pulcrum enim imprimis, non pati occidere, quibus æternitas debetur 7) atque quemadmodum venerationem habet, videre castellum aut ædificium antiquum, quod nulla ruina invasit; aut etiam annosam & proceram arborem solidam & integram: quanto magis intueri antiquam nobilem prosapiam à fluctibus & procellis temporum illæsam 8). Interim non possum inficiari, mihi, ob angustiam paginarum & rem tenuem Bibliothecariam, prolixiori esse minimè licere; alio tamen tempore de omissis fusius sum acturus.

§. VI.

Prius autem, quam ad rem ipsam ejusque expositionem progressum faciam, pauca de spectantibus ad Onomatologiam in medium proferam. *Memoria* à voce meminere descendit,

A 2

scendit,

-
- 5) *Celeberrimus Schurtzfleisch. Diss. Historico-Civil. ed. Lips. 1699 Diss. XIII. de Lusatia p. 23.*
 6) *Hoffmanni Lexic. Univers. Tom. II. voc. Nobilitas ed. Basil. 1683. p. 299.*
 7) *Ita ex Plinio in rubro Dissertationis de Cella Veteri Dioecesis. Misn. Christianus Schlegelius Bibliothecarius & Antiquarius Arnstadtensis loquitur. Lips. ed. 1703.*
 8) *Baco B. de Verulamio Sermon. Fidel. XIV. de Nobilitate p. 1160. Oper. Ff. 1665.*

scendit, adeoque ipsa derivatione ostenditur, memoriam, alicui minime esse posse, nisi alicujus rei meminerit. Græcis *μνήμη* & *μνήμα* audit, quod suam à voce *μνήσκω* trahit originem, idemque denotat.

§. VII.

Variam apud autores *Memoria* recipit significationem. Ita Memoria dicitur, si imago cerebro impressa rursus ei offertur, vel objectum attentius consideratum sæpiusque revocatum cerebro imprimitur 9). Appellantur etiam sepulcra memoriæ 10). Item Oratoria, in quibus Sanctorum corpora recondita 11): nec non cippum vel columnam, in qua elogium alicujus inscriptum visebatur, memoriam vocarunt Veteres. Sic Augustinus ait: Non ob aliud memoriæ dicuntur ea, quæ insignita fiunt sepulcra mortuorum, nisi, quia eos, qui viventium oculis subtracti sunt, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocant 12). Honorificæ quoque mentioni mortuorum inservit hoc vocabulum 13). Denique usurpatur, si commentarios, quibus rerum gestarum, vel de persona quadam, memoria conservatur, describere volumus. Quam posteriorem significationem & ipse retinebo.

§. VIII.

Porro dicendum, quid mihi vocabulo *Familie* velim.
Hoc

9) *Ex Buddæi Philos. Elect. T. I. p. 60. Hall, 1703.*

10) *Gruterus p. 827.*

11) *Hoffmann. l. c. voc. memoria.*

12) *De cura pro mortuis cap. 4. col. 883. Tom. IV. Oper. ed. Basil. 1569.*

13) *Ambrosius ep. 30.*

Hoc proprie de servis & famulis dicitur 14), & cœtum servorum notat: translatum tamen quoque est ad liberos, ita ut eum auctorem generis, ex quo reliqui orti genitique sunt, tum progeniem ipsam significet. Qua ratione & a nobis adhibetur.

§. IX.

Pergimus ad nomen GERSDORFF, quod a Germanico, *Gerste* / derivatur, eo quod Henricus Steindorff Rudolphi Regis Burgundici filiam una cum raptore in hordeo reperiret 15). Missas igitur nunc facimus arces pagosve, qui Gersdorff dicuntur, monentes, Gersdorffios & Giersdorffios interdum à Chronographis nominari, qui in Comites Barones, & Nobiles dividuntur 16).

§. X.

Hiscæ præmissis haud difficile est collectu, nos originem, propagationem, res gestas honoresque Gersdorffiorum esse exposituros, ne monumenta hæc injuria temporum plane intereant. Quo vero & tibi L. B. de ordine constet, scias tribus capitibus omnem rem absolutum iri, quorum *I de origine & propagatione, II de dignitatibus in toga, III de dignitatibus in sago* brevibus aget. Ne tamen confusio oriatur secundum ordinem Alphabeticum nomina eorum, qui huic vel illi officio præfuerunt, recitabimus. Faxit DEUS feliciter!

CAP. I.

DE ORIGINE ET PROPAGATIONE.

§. I.

ORigo præstantissimarum familiarum sæpius est in incerto,

A 3

certo,

14) *E Salmasii Exercit. Plin. Faber, voc. familia.*

15) *v. C. I. §. II.*

16) *v. C. I. §. III.*

certo, propter ea, quod antiquitate nimia memoriae familiarum perierint, bellorum, quæ in patria gesta sunt & plurima & cruentissima, injuriis extinctæ aut flammis consumptæ. Adde quod majores nostri, utpote militares viri, fortiter agere contenti, scribere & annotare ignaum esse putarint: Traditum tamen quasi per manus accepimus, Gersdorffiorum hanc esse originem. Nimirum nobilium quidam, memoria tenens, patrem ob raptum virginis jussu Regis esse necatum, vindictæ cupiditate ductus consilium, de filia Rudolphi, Regis Burgundici vi abduenda cepit, atque tam perditis rebus diligens, speciem præ se ferens virginis, à Rege petiit, ut in numerum pedisequarum reciperetur. Quo obtento, cum nosset, aulicos plenis cantharis bibere, filia Rudolphi persuasit, ut nocturno tempore, secum in hortum abiret, existimans, hoc modo optime Principem abduci posse. Nec erravit. Etenim credulam, ut primum in hortum venit, in segetem abduxit. Verum ad breve tempus audaciæ suæ maturitas aulicos latuit, de quærendo raptore cogitantes, cum de raptu filia Regis Burgundici certiores fierent. Tanta cum primis Henrico, Erasmi Steindorffii filio, generoso bellatori diligentia, tanta fors fuit, ut, cum aliis emissus, solus Principem Patri vitæ cariorem, una cum raptore intra hordeum in agro reperiret & ad Patrios lares reduceret. Quæ res uti Regi incredibilem attulit voluptatem, ita & ipsum commovit, ut Steindorffium, hominem per se cognitum ad honorum gradus extolleret, atque ei mutato nomine Steindorff in Gersdorff Nobilitatem conferret 17).

§. II.

17) Vid. Hennelii ab Hennefeld S. C. M. Consil. in Silesiographia Renovata ed. Vratislav. 1704. cf. Annal. Domest.

Ex hoc fonte nobilitas Gersdorffiorum defluxit. Quem-
admodum vero

Mos erat antiquis, ut bellica castra secutis,

Nomina pro meritis aptaq; signa darent;
ita Steindorffio, forti militi, dabatur clypeus, campum
ostentans, in quo pars superior sanguinea, inferior rursus
in duas partes divisa conspiciebatur, quarum nigra altera,
altera alba erat. Super hunc campum assurgebat galea
aperta, quæ corona flava redimebatur, ex qua mitra, vul-
go Episcopalis dicta, profiliebat rubra. Vittæ vero rubræ
albæque erant. Fridericus Barbarossa, Romanus Impera-
tor, non solum consensit, ut Gersdorffii hoc clypeo ute-
rentur, verum & insigne auxit cristis nigris albisque plu-
mis 18). Barones & Comites idem retinent paucis muta-
tis. Atque hic omnino observandum est, non absq; causa
Steindorffio, postea Gersdorff dicto clypeum, hujusmodi
coloribus exornatum esse attributum. Posterius excitare
Rudolphus hac ratione volebat, ut, adspecto clypeo, stimuli
quasi tardis admoverentur, quo virtute omnes præcedere
anniterentur, atque non solum aliis, coloribus & corona
clypei inductis sinceri 19), prudentes 20), fortes 21) & ma-
gni

18) *Frider. Luca Schles. Chronice p. 1801. ed. Ff. 1689. An-
nal. Dom.*

19) *Albus color ceteros præstat; unde regula Heraldicis ad-
probata, eo præstantiores duci colores, quo magis ad al-
bum accedant. Vid. B. D. Spenerum in Oper. Herald Ad-
hæc ad indicandam sinceritatem hominibus sæpe assum-
tus. Cl. Schurtzfleisch. l. c. Diss. XXIII. p. 13. §. 18. cf.
Cicer. de Seg. L. I. Kornmann in Tr. de Jure Virgin. c. 74.*

20) *Niger color olim prudentiam notabat. Joh. Michael Mo-*

gni 22) viderentur, sed etiam re ipsa demonstrarent, se tali clypeo dignos esse.

§. III.

Stirps hæc Gersdorffiorum longe lateque se deinceps in diversas provincias infudit, adeo, ut si unam aut alteram exceperis, latissimam Gersdorffiorum possis dicere. E Burgundia in Lusatiam quando venerint, non licet certo dicere: sed antiquissimam hanc illis patriam fuisse, plurimis constat exemplis 23) In Bohemiam an ex Lusatia, an ex Silesia immigraverint, æque incertum est. Hoc vero certum, in regno Bohemiæ, in Silesia & Comitatu Glaceusi

Gers-

scherosch. V. Th. l. 1. Gesch. Cassan. Catal. Glor. mundi. P. I. c. 66.

- 21) *Sanguineus color ob fortitudinem & virilitatem adhibebatur. Cassan. l. c. c. 63.*
- 22) *Coronæ tanto majorem dignitatem significabant, quanto Conspectus earum altius positus erat. Schurtzfleisch. l. c. Diss. cit. de Nobil. Insign. p. 14.*
- 23) *Henricus autor generis Gersdorffiorum quinque habuit filios, Rudolphum, Georgium Sigismundum, Casparum, Hieronymum, Henricum. Annal. Domest. p. 9. Cujus vero filius fuerit Bernhardus, pius dictus, non constat; hunc tamen primum fuisse, qui in Lusatiam venerit, me docent Amales Domestici p. 5. Testis quoque est B. M. Zacharias Seligmann/ Magnifici Summeque rever. Dn. D. Seligmanni Profess. Theol. Lips & c. Patroni & Matrue-
lis æternis animi devotissimi obsequiis submissee deveneran-
di, observandi & colendi parens, inqviens: Und kan hier
sonderlich gedacht werden des Alterthums des Gersdorffischen
Geschlechts / als welches allbereit in diesen Land fast in die
achthalb-*

Gersdorffios olim quoque inter proceres regni sedisse, & summa officia gessisse. Addendum etiam hoc loco videtur, non solum L. Baronis axiomate à Leopoldo M. Romano Imperatore quosdam Gersdorffios esse donatos 24): verum & ante aliquot tempus Viennæ Gersdorffiorum aliquem, quem Comitem Leopoldus M. esse voluit, obiisse. 25).

§. IV.

Nunc de cognatione Gersdorffiorum cum Illustrissimis familiis 26), de opibus 27), de sepulcris 28) esset dicendum: sed de his alio tempore pluribus, jam ad

B

CAP.

achtthalbhundert Jahr berühmt gewesen in Rechtsche Gersdorffer Tugend-Fleiß und Ehren-Preis ed. 1656. Testis hujus Zach. Seligmanni, socer, & avus meus B. M. Thomæi, Pastor Grædianus, in Luctu Grædiano 1659. ed. Gorl. testis Past. t. t. Lucas, l. c. p. 1770. Abrah. Hoffmann, Histor. Lus. in Oratione von des Adels-Ursprung ed. Budiss, 1610. J. Conr. Knauth in Misnia Illustranda Prodromo p. 507. ed. Dredf. 1692. Adhæc tam copiose & fœcunde prosapiam in Lusatia Gersdorffii propagarunt, ut Anno 1572. Zittavia, ob certa sui stemmatis negotia, eorundem ducenti convenisse commemorentur. Hennel. l. c. Ann. Dom. p. 11. cf. C. 3. §.

24) Lucas l. c. p. 1802. aliique passim.

25) B. parens M. Georg. Gottlob Pitschmann in Orat. Nupt. P. I.

26) Nobilis stirps anno 920. censebatur Comitum in Polckenhayn; tamen Bernhardus à Gersdorff, fortissimus omnium, hujus Comitum gener factus est. Et ex Annal. Domest. aliisque scriptis scimus, Illustrissimum sanguinem mixtum esse cum Gersdorffis. Præstat Hofmannum l. c. audire. Ita enim infit: In Herrn D. Seldens J. U. D. Adel-Spiegel wird eines Nahmens Wilhelm von Gersdorff gedacht / so durch

CAP. II.

DE DIGNITATIBUS IN TOGA.

§. I.

A *Dignitatibus Ecclesiasticis* initium capientes, primum in scenam producemus

EPISCOPUM

GOTTFRIED à GERSDORFF, qui, ut primum ex pueris excessit, se ad Theologiae studium & cultum contulit: primum

durch wohlverhalten auf dem Turnir zu Regensburg 1276. des Grafen Berchard von Ascherleben Tochter bekommen.

27) *Gersdorffii non modo arces multas & ditiones maximas in Bohemia, Lusatia Silesia, Misnia &c. tenuerunt: (Sic Rulandia in Gersdorffiorum potestate fuit. Multo tempore Urbs Cala in Lusatia inferiori ad Gersdorffios respexit. Et quis omnia enumeret? V. Ann. Domest.) sed etiam novas in Patriae ornamentum & decus condiderunt, ut in Lusatia Baruth, quam adhuc hodie possident. Etenim Nicolaus a Gersdorff, Henrici proneptis Henrici, auctoris generis, filius in uxorem ducebat Helenam Francisci ab Obelwitz, Dynastae in Maltiz filiam unicam, suscipientem gemellos, filium Babo filiamque Ruth. Quibus praematura morte extinctis, pater maestus in rei memoriam arcem Baboruth vel Baruth in sylvis 1025. extruxit. Ann. Dom. p. 6. Extruxerunt alii arces pagosue plurimos, quos Gersdorff dixere.*

28) *Budissae camiterium est à Petro dictum, in quo lapis spectatur antiquissimus Gersdorffiorum quendam Praefectum Budissae ibi jacere indicans. v. Budissin. Grab- und Gedächtniß-Mahl M. J. C. Wagners ed Budiss. 1697. p. 34. Tacebo alia.*

primum Bambergæ, loco nobili, celebri urbe & copiosa
celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. Post
in numerum Canonorum Capituli, 1019. ab ipso Pontifice
Benedicto VIII. inaugurati 29) receptus, sic à reliquis coli
cœpit, ut denique vultu & verbis significaretur, re & sen-
tentiis declararetur Episcopus Bambergensis 30).

Falsum.

§. II.

Episcopi hujus facta mentione, de BERNHARDO
GERSD. verba facere possem, qui omnem laborem parvi
ducens, naturæ habitu prope divino, animum suum ita
doctrina excoluit & virtute exornavit, ut unanimiter *Ab-
bas Andronitidis S. Galli* apud Helvetios longe potentissimæ,
quæ toti Germaniæ multos eruditos homines & Episcopos
dedit, atque dicitur habere nobilissimam innumeraque opti-
morum Codicum multitudinem refertissimam Bibliothecam
31), eligeretur. Hoc honore tamen vitæ suscepta ratio
eum prohibuit 32). Nam erat studiis Astronomicis dedi-
tus 33).

§. III.

Procedamus ad *Præpositum Numburgensem, Erasmum*
à Gersdorff, tanta temperantia virum, tanta humanitate, ut

B 2

beatissi-

29) Zieglers Schau-Platz der Zeit p. 182. b. Leipzig 1700.

30) M. Pitschmann *parens meus* c. l. p. 78.

31) v. Chronol. *Monasteriorum Germaniæ Gasparis Bruschi*
p. 407. Sulzbaci 1682.

32) e. D. Wigel, & Mauriti Brand's *Brabant- und Nieder-
ländischer Chron.* refert Hofmann. l. c.

33) *Alios, quos conscripsit, libros ut taceam, tantum Astro-
nomicum singulari industria elaboratum in memoriam*
revocare libet, in quo de Sole Luna cæterisque stellis scite
agere fertur. Hofmann l. c. refert, hunc librum in *Bi-
bliotheca Viennensi* reperiri.

beatissimum videretur Capitulum Numburgense, cum ejus Præpositus 1180. crearetur 34) tempus, quo huic præfuit, non otio, sed negotio ex voto omnium consumpsit.

§. IV.

Hunc excipiat *Wilhelmus*, Alberti à Gersdorff, Hæreditarii in Thomasvald, Græbe, Muckendorff, & Sleinia Serenissimæ Ducis Hedvigæ 35) per 38. annos Præfecti morum, filius, vir gravis, ad miraculum eruditus, in officio obeundo impiger, perque omnia simplex & rectus, qui *Medeburgi Præpositus Capituli* fuit 36).

§. V.

Recensitis dignitatibus Ecclesiasticis ad Politicas pedem promoveamus, quibus, Gersdorffii non minore cum laude præfuerunt. Quid primo, quidve secundo loco heic ponam, ob copiam non liquet; considerabo tamen

I. LEGATOS,

quorum primus sit modo nominatus 37) *Bernhardus à Gersdorff* pietatis amantissimus, Florentia Bruxellas 1276. statim post resignationem Abbatia missus, ubi post adventum suum excessit 38); & hac ratione, in seculo antea nobilis, apud

DEUM factus est nobilior.

§. VI.

Secundum locum occupet *Joachimus à Gersdorff*, magnus, dum viveret, Regni Danici Magister (der Dänische Hoff-Meister) qui inter XXIV. senatores regni ipse primarius

Gregorius. a.
1409. Dlugoski
lib. II. p. 217. 244.
260. 270.

34) *Ann. Dom. p. 7.*

35) *Fuit hæc uxor Johannis I. & mater Friderici I. Ducum Lign. Luca Schles. Chron. p. 1290. seq.*

36) *M. Ptischmann l. c. p. 77. Ann. Dom. p. 8.*

37) *C. II. §. 2.*

38) *Hofmann ex autor, alleg. cit. loco.*

rius & antesignanus qf. (gieng in allen vorfallenden Solenni-
tæten mit einem vergoldeten Stabe in der Hand vor dieselben
her/) totius status habenas, tanquam Vice-Rex solus tenens
post fata Comitæ de Uhlefeld sub titulo primarii status Con-
filiarii ministri) premier Minister d' Estat 39) scæpius ad de-
putatos Regis Sueciæ caractere Legati 40) & Plenipoten-
tarii 41) missus.

39) *Verba sunt, Augusti Adolphi ab Haugvitz in Tr. recens.
in Act. Erudit. Lips. 1690. mens. Novembr. p. 844. de
regni & aulae Mareschallis Budiss. 1690. p. 329. 164. cf.
all. M. de S. Marthe en l' Estat de la. Cour des Roys de
l' Europ.*

40) v. Pufend. Thaten König Carl Gustaphs p. 131. 251. seq.
357. seq.

41) Pufendorff l. c. p. 411. seq. Subscripsit, quod observandum,
paci Rothschildensi hæc emittens verba: Ich wolte/ daß
ich weder lesen noch schreiben könte. Pufendorff l. c. p. 421.
Dicitur etiam, quod obiter noto, hicce Joachimus Eques
Ordinis Elephantini. Quod vero attinet Christopho-
rum & Hartvigum à Gersdorff, qui, cum ordo Equi-
tum Aurei Velleris à Philippo Bono, Burgundiae Duce,
institueretur, (v. Augustini Erath Ordo Aurei Velleris à
Philippo Bono instit. Ratisbon. 1697. p. 122. Maximi-
liani Missions Italiânische Reise-Beschreibung p. 1095.
Leipz. 1701. è Gallica in latinam linguam translat. a M.
Junckero III. Gymn. Sleusingensis Con-R. uti nobis per-
suadet p. 76. in Vita Lutheri nummis & Icon. Illustra-
ta) hujus ordinis equites fuisse dicuntur; dubium id
omne mihi videtur, cum nec in ordine, quem tradit
Ludovicus Guicciardinus, in Tot, Belg. s. inferioris Ger-
mania

§. VII.

Tertius sit B. *Nicolaus* S. R. f. *Banderesius* & L. B. à *Gersdorff*, Dynasta in *Baruth*, *Bretting*, *Hennersdorff*, *Hauswalda*, *Kemnitz*, *Berthelsdorff*, *Buchwalda*, *Kreckwitz*, *Heuscheune*, *Rackel* &c. placidus partim ob eximias virtutes, partim ob multa gratiosæ clementiæ specimina nominandus, ad Regem *Sveciæ*, *Carolus Gustaphum* 1659. Legatus missus 42). Quam legationem feliciter & ex voto Principis administravit 43).

§. VIII.

Quartus sit *Rudolphus à Gersdorff*, Jurium cognitione eximia instructus, S. C. M. Consiliarius à *Ferdinando II. Cæsare* ad *Electorem Brandenb.* in causis arduis & totius *Silesiæ* incrementum spectantibus legatus 1629. cum *Georgio Schœnbornero* JCo missus est. At vero vix 4. inde menses

mania Descriptione P. 2. p. 147. seq. ed. Amstel. 1660. nec in eo, quem Siegmund à Würten in den Ehren des Hauses Oestereich L. V. p. 879. seq. Nürnberg 1668. exponit. luci publicæ, reperiantur.

42) *Dufendorff l. c. p. 471.*

43) *V. Programma ad audiendam Orat. memorie pie Nicolai L. B. à Gersdorff &c. sacram, à Magnifico Summeque reverendo Dn. D. Rechenbergio Prof. Theol. Primario habitam Lips. 1703. de 23. Sept. Non sine ratione variis legationibus dudum celeberrimus vocatur hic ipse Nicolaus ab autore Mercurii Germani ed. 1685. p. 511. Potest. enim. in hanc rem videri Becmann, l. c. Diss. VI. c. IV. nr. 16. p. 681. & 688. Fr. Wilhelm von Winterfelds Ceremonial-Politica. Ff. u. Leipz. 1700. P. c. p. 333. E. G. Happelius in Engl. Eduard. P. I. p. 148. ed. Ulm. 1691.*

menses abierant, cum hic oriens sol, merito adorandus 44), mortalitatis flebile specimen factus in ipso ætatis flore 45).

§. IX.

Siegismundus sequatur à Gersdorff. Hujus virtus quotidie magis & magis florescebat, ita ut 1463. à Friderico III. 46), Romano Imperatore eligeretur, qui ad Turcam, ad salutem Reip. Christianæ promovendam, mitteretur 47).

§. X.

Denique nominabo *Wolff Abrahamum B.* à Gersdorff, Electoris Saxonæ Hagæ-Comitum Legatum 48), de quo fama, utut alias multum in utramque partem mentiatur, semper bona vero rumore celebrat. Plures è Gersdorffis ad hanc classem pertinerent; ast jam totum hoc omitto, veniam ad

§. XI.

SUPREMUM AULÆ REGNI DANICI MAGISTRUM, *Joachimum à Gersdorff* corpore quidem infra mortuos amandatum, spiritu vero & gloria viventem. Famam hic immortalem, studium omne omneq; ingenium ad
Regis

44) *Liceat, verba Pompeji triumphum è Sylla petentis heic adhiberi. Cantel. de Rom. Rep. Diss. 2. c. 10. p. 90.*

45) *Hennefeld l. c.*

46) *Ita ex Illustrissima Ducum Austriae familia ortum, patre Ernesto natum 1415. nomino cum D. Christiano Matthia in Theatro Historico p. 1012. ed. Lips. 1694. Buchholzero Ind. Chronolog. p. 400, ed fr. 1634. Nothnagel Histor. der ältesten Fürstl. Häuser p. 19. Hamb. 1699. autore der Durchl. Welt P. IV. Abth. 2. p. 2. Hamb. 1701, utut IV. ab aliis vocetur.*

47) *Ann. Dom. p. II.*

48) *Quem Gallico idiomate l' Envoye nominant. v. Souver. Europ. p. 474. Vratisl. 1699.*

Regis Daniæ gloriam celebrandam conferendo, consecutus est 49). Etenim ex quo regnum Daniæ, quod ante Electitium fuerat, confecto bello Svedico 1660. medio Octobris in hæreditarium transfret, hæreditate ejus Friderico III. ipsiusque liberis utriusque sexus in perpetuum adjudicata 50), nobiles inter fere primus Joachimus comparuit, qui assentiret & Fridericum III. primum Daniæ hæredem nominaret 51).

§. XII.

Succedat DIRECTOR SANCTIORIS SENATUS Potentiss. Polon. Regis & Electoris Saxonæ, *Nicolaus à Gersdorff*. S. R. I. Banderesius & L. Baro 52). Primum à Johanne Georgio I. Provocationum Collegio & 1656. Senatui aulæ & Justitiæ clementissime adscriptus, à Joh. Georg. II. in numerum Consiliariorum Intimorum relatus; à Joh. Georg. III. Supremi Camerarii 1680. & Senatus Sanctioris Directoris 1686. honoribus auctus ornatufve 53). Quod reliqua officia attinet, de iis dicam suo loco 54), jam dicam de

CONSILIARIIS

§. XIII.

I. prodeat *Christianus*, Jochimi à *Gersdorff* 55) filius.
vir

49) v. C. II. §. VI.

50) *Becmann. Histor. Orb. Terræ P. II. c. V. nr. 6. p. 618. Ff. 1680.*

51) *M. Pitschmann l. c. p. 52. cf. Diar. Europ. Cont. IV. p. 385. seq. Hoc officium post hujus obitum plane in desuetudinem venit, notante generoso Dn. ab Haugvitz l. c. p. 329.*

52) *Idem est, de quo C. II. §. VII.*

53) *Hæc è Progr. cit. Dn. D. Rechenbergii cf. Souver. Europ. p. 484. Franckenbergs Europaischen Herold p. 131.*

54) C. II. §. 22.

55) v. C. II. §. 6. 11.

vir prudens, doctusque, qui jam inde ab adolescentia bonis moribus literisque deditus operam prudentiæ tantam navavit, ut inter sapientes primo loco numerari possit. Promeruit certe studiorum sedula inquisitione, ut dignus idoneusque habitus fuerit, qui Regis Daniæ *Camera Consiliarius* & præfectus aulæ fieret 56).

§. XIV.

II. *Christophorus Fridericus à Gersdorff* in Kaupa, Bolbritz, Rattvitz, nobilis heros, vir ingenio præditus magno, fereque miraculoso, Potentiss. Polon. Regi à Consiliis Legationum & Appellationum 57).

§. XV.

III. *Conradus à Gersdorff* piæ memoriæ Friderici III. Imperatoris *Supremus Aula Consiliarius* 1466. 58).

§. XVI.

IV. *Fridericus à Gersdorff*, Joachimi filius 59) natus minimus, vir prudens, circumspectus longeque fidelissimus, Regis Daniæ *Consiliarius Status Intimus* 60).

§. XVII.

V. *Georgius à Gersdorff* 1606. S. *Cæsareæ Majestatis Consiliarius* 61).

§. XVIII.

VI. *Georgius Rudolphus*, Joannis à Gersdorff, Domini in Seichau, Reinberg, Waltersdorff, Langenau, *Consilarii Regii*, nec non Ducatum Svidn. & Jaurov. Administrato-

C

ris

56) M. Pitschmann l. c. p. 52.

57) Id. l. c. p. 54.

58) *Annal. Domest.* p. 10. seq.

59) V. C. II. §. 6. II.

60) M. Pitschmann l. c. p. 52. *Europ. Herold Franckenbergs* cf. *Souver. Europa* p. 485.

61) v. *Gastonis Votum in Legat. Pannon. Pacif. Wien.* 1606.

ris filius, egregiis animi dotibus præditus, à Leopoldo M. L. B. axiomate donatus apud *Supremum Silesiæ tribunal Consiliarius* 1674. fuit 62).

§. XIX.

VII. *Gottlob Fridericus L. B. à Gersdorff*, natus ex Illustr. & Excell. Conjugum pari Dn. Dn. Nicolao S. R. I. Bannero & L. B. à Gersdorff & Henrietta Frisia, miraculo Seculi, Aulæ Electoralis Consiliarius dignissimus 63).

§. XX.

VIII. *Wolff Abrahamus à Gersdorff*, vir prudentissimus & adeo felix, ut videatur restituere posse collapsas pene res Lusatiae & fortunas, si diutius superesse in hac mortalitate dabitur ei. Dynasta est in Myckenhayn, Horcke, Sährge, Kaltwasser, Byhan &c. & Potentiss. Polon. Regis & Elect. Saxon. Consiliarius 64).

§. XXI.

IX. *Wigandus Adolphus à Gersdorff* in Gerlachshelm, Regis Polon. & Elect. Saxon. Consiliarius, quem summa scientia & arcanorum Politicorum notitia ab uno ad alterum dignitatis gradum evexit 65). Sed quid singulos commemoro 66)? Roma venerabatur majorum & minorum gentium

62) *Hennefeld. l. c. p. 1228. 1744. seq.*

63) *v. cit. Progr.*

64) *v. M. Pitschmanns Reichthum der Weißh. GDRZES in Dedic.*

65) *v. ej. Orat. Nupt. l. c. p. 86.*

66) *Mitto 1801. Albertum Austriacum Martisburgum ad Henricum IV. Imperatorem Rom. victo Rodolpho, cujus reliquias Martisburgi vidi, venisse, atque tres Gersdorffios, Consiliarios, secum habuisse. Ann. Dom. Ad rem illustrandam*

tium patricios, eosque ad summa dignitatum vestigia eve-
hebat 67): ævum veneratur & evehit ad dignitates Gers-
dorffios. §. XXII.

Planum hoc facit scæpius laudatus 68) PRÆSES SU-
PERIORIS LUSATIÆ *Nicolaus S. R. I. Band. & L. B. à*
Gersdorff Nicolai, Aug. Rom. Imperatoris Consilarii & Ca-
pitanei Lusatiæ Superioris Adjuncti 69) filius, cujus virtu-
tes nullius unquam mens aut cogitatio capere, nedum
lingva eloqui valet. Quemadmodum enim Guilielmi Re-
gis Britannia sapientia & autoritas totum Europæ corpus
recte sentientis animavit 70); ita Præsidis hujus religio,
sapientia & autoritas Superiori Lusatiæ, rebus in adversis,
animum reddidit.

§. XXIII.

Planum hoc etiam faciunt *Præsidi Provinciarum*.
Hic recensendus venit *Adolphus à Gersdorff*. *Præsides* hic
erat Superioris Lusatiæ tempore, quo omnium ante ocu-
los arma versabantur. Itaque vir sapientissimus & cum
suo periculo Reip. salutem afferre conabatur; Proceres,
jubente Joh. Georgio I. Electore Saxoniae, convocabat;
Bellum Patriæ factum iri, si consilia pacis contemnerent.

C 2

mon-

-
- dam cf. Matthiam l. c. p. 904. seq. Hübnerum in vita*
Henrici Histor. Frag. Gersdorffius his dono dedit Imperator
hordeaceas spicas ex auro confectas. Ann. Dom. p. 5. & c.
67) Tacitus L. XI. Annal. c. 25. p. 327. Amstel. 1664. M. Edel-
mann Diss. cit. in Praef.
68) C. II. §. 7. 12.
69) Caspar Dornav. *Togat. Nobilitas h. e. de Vita Dn. Caspa-*
ris à Metzrad p. 335. ed. 1618. Bethan.
70) Joh. Georg. Græve in *Obit. Guilielmi III. fun. laud. ed.*
Lips. 1703. p. 122.

monstrabat: sibi pacem sago meliorem videri assererat: at subito à Marchione Joh. Georgio à Jägerndorff captus, Zit-taviamque abductus in carcerem conjiciebatur 71). E qua captivitate, occupata Metropoli Lusatiae, Budissa 1620. re-busque mutatis ereptus est 72).

§. XXIV.

Oculos nunc nostros in se convertit *Hans à Gersdorff* in Seichau, Reinberg, Waltersdorff, Langenau & Hus-dorff, S. C. M. Confiliarius, Ducatumque Svidn. & Jarov. 1682. praefecturae administrator 73).

§. XXV.

Adducitur etiam *Nicolaus à Gersdorff*, cui ingenium fuit tale, quale multi optant, si sanae mentis sunt, *Comita-tus Glacii Praefectus* 74).

§. XXVI.

Succedit *Rudolphus à Gersdorff* 1635. *Praefectus Lusatiae inferioris* 75).

§. XXVII.

Hunc excipit *Rudolphus à Gersdorff* in Græditz, Rett-witz & Dobrischau, Marchionatus Lusatiae Superioris *Bu-diss. Praefectus* 76). 1650.

§. XXVIII.

71) Zieglers Schau-Platz der Zeit p. 1109. cf. *Theatr. Europ.* T. I. f. 373. Lucas l. c. p. 389. *Curiosi Silesii Anmerkungen über Lichtensterns Schlesing. Fürsten-Crone* p. 60. Bucholtz. l. c. p. 808. seq. Hübner l. c. p. 1070.

72) *Martini Brandt-Predigt von Ruhland* ed 1625. & *dedic. Apolpho à Gersdorff Praef. Lus.*

73) Lucas l. c. p. 1801. Henn. l. c.

74) Hofemann l. c.

75) *Ann. Dom.* p. 8.

76) *M. Thomae Luctus Grædisianus* l. c.

§. XXVIII.

Agmen claudat *Wolff Abrahamus à Gersdorff*, quem DEUS, Lusatiae bono & generosae familiae ornamento seruet quam diutissime! Superioris *Lusatiae Gorlic. Praefectus* 77).

§. XXIX.

Progredimur ad SENIORES. Nominabo (1.) *Casparem Christophorum à Gersdorff*, in Zimpel, Tauer, Geislitz, Halbendorff & Zschornauert, Marchionatus Superioris Lusatiae Gorlic, praeditum Senioratu 79).

§. XXX.

Seqvitur *Christophorus Henricus L. B. à Gersdorff*, in Siebeneichen, qui circa annum 1672. Ducat. Suidn. & Jarou, fuit Senior 79).

§. XXXI.

Porro non omittendus est *Siegismundus à Gersdorff*, in Sehe, Superioris Lusatiae circa annum 1618. Senior & Collectarum Provincialium Diribitor 80).

§. XXXII.

Deniq; pergimus ad *Wigandum Adolphum à Gersdorff*, in Gerlachsheim qui d. 28. Apr. 1700. Senior Lusatiae Electus Gorlic. 81). Quae cum ita sint, quis nobilem in nobili natura non aestimaret Gersdorffiorum virtutem, adeo notam, ut fatendum sit, verum esse: in recens creato nobili incipere, in filiis pubescere, in nepotibus adolescere, in pronepo-

C 3

tibus

77) *M. Pitschmann l. c. cf. C. II. §. 20.*

78) *id. l. c. p. 90.*

79) *Hennel. l. c. Lucas l. c. p. 1744.*

80) *Dornau l. c. p. 337.*

81) *M. Pitschmann l. c. p. 86. cf. C. II. §. 21.*

tibus tandem & posteris maturam ætatem adipisci nobilitatem 82).

§. XXXIII.

Nec habebit quis, quod assertum neget, cum non dicam enarrata, sed & enarranda hoc satis probare possint. Sisto enim nunc SCHOLASTICAS DIGNITATES, quas Gersdorffii non minore cum laude tenuerunt. Neutiquam tamen scholastica dignitas à me tantum dicitur, si quis Scholæ præest; verum uti Scholastici Jcti, Medici, aliiqve eruditi Viri vocantur, ita etiam hoc modo dictum volo, Scholasticos fuisse Gersdorffios.

§. XXXIV.

Sic M. Andreas à Gersdorff, magni animi vir anno 1425. XXXII. Rector celeberrimæ Academiæ Lipsiensis fuit 83.)

§. XXXV.

Hans à Gersdorff, in Weiche & Græditz tanto literarum flagravat amore, quantum ei autor esse potuit, ut & ætate provec̃ta in Hollandiam proficisceretur, atqve notitiam ibi Mathematicarum cum primis rerum acquireret. Facundia hic ipse pares, sed vix paucos superiores habuit 84).

XXXVI.

Seqvuntur duo, Melchiores dicti à Gersdorff, quorum alter & morum gravitate singulari, & literarum cognitione multifaria conspicuus, ita profecit, ut domum, cum aliquot annis in publicis vixisset Academiis, reverti nolet, nisi

82) Piccolomineus in Philos. Moral. Gr. VIII. c. 15. M. Edelmann Diss. cit.

83) L. Zach. Schneideri Chronicon Lipsiense L. VII. p. 312. in prima matricula. Annal. Domest. p. II.

84) M. Pitschmann l. c. p. 87.

nisi petito & impetrato prius J. U. D. titulo 85); alter anno 1507. Lipsiæ *Baccalaureus* Philosophiæ creatus est 86).

§. XXXVII.

Devolvitur ad *Wilhelmum à Gersdorff*, qui *Professor* Hebrææ Lingvæ in Abbatia S. Galli fuisse dicitur 87)

§. XXXVIII.

Immo, quod mireris, & sexus seqvioris personæ è Gersdorffis ob eruditionem omnium in se oculos conuerterunt. Audiatur Dn. M. Junckerus, Gymnasii Sleusing. Con-Rector meritissimus & Polyhistor famigeratissimus 88) inqviens: *Charlotta Justina Gersdorffia*, è Nicolao S. R. J. Band. & L. B. à Gersdorff &c. & Henrietta Frisia nata 89). Ipsaqve adeo filia quam exacte maximi Patris matrisqve virtutes & doctrinam æmulari studeat, documento esse potest, præter Græcæ, Latinæ, Gallicæqve lingvæ, quam in non provecta ætate jam possidet (agit enim jam annum XVI) notitiam, etiam illa rerum Theologicarum cognitio, postquam cum summa adstantium admiratione audita est publice, etiam difficillima Scripturæ S. loca facile & accurate, ex ingenii sui felicitate, solvere, addita simul prompta ad quæstiones propositas responsione. Hæc modo laudatus Dn. M. Junckerus. Pagina monet esse procedendum ad

CAP.

85) *Gesta hæc sunt circa annum 1500. tempore Vladislai, Regis Bohemiæ. Hennelius l. c. Ann. Dom. p. 8.*

86) *L. Schneider l. c. L. VI. p. 306.*

87) *Annal. Domest. p. 8.*

88) *in Diss. Lips. ed. 1692. nr. 34. recens. in Actis Eruditorum Lipsiensium 1692. Mens. Decembr. p. 46.*

89) *v. Progr. cit. D. Rechenbergii & §. 33. C. II.*

CAP. III.

DE DIGNITATIBUS IN SAGO.

§. I.

Primum locum occupet *Ernestus à Gersdorff*, Vir ingen-
tis spiritus. Mortuo enim *Luthero* 1546. ipso *Concor-*
diæ die 90), ætatis LXIII. qui semper de conciliandis *Jo-*
annis Friderici, *Crucis Vexilliferi* 91), *Electoris*, & *Mauritii*
Ducis Saxonæ animis cogitaverat, concordēs etiam hi ipsi
esse desierunt. Itaque postquam *Carolus V.* milites con-
tra *Saxonem* & *Landgravium* magno studio conscripsisset,
non solum jussu *Cæsaris Mauritius*, cujus castra cum aliis
seqvebatur, sub finem anni 1546. oppida *Saxonis* quædam
occupabat 92); verum etiam, cum in itinere *Mulbergo Wi-*
tebergam contendens *Electo*r, pulso equitatu & peditatu,
ad *Syluam Lochanam* 1547. caperetur, legio *Mauritii* for-
titer & acriter pugnavit, cui *Ernestus à Gersdorff*, *Chili-*
archa, præpositus erat 93)

§. II.

Secundum locum occupet *Christophorus à Gersdorff*,
de quo hæc leguntur verba 94): Es melden die Historien/
wie

90) *Seckendorffii Commentar. de Lutber. L. 3. Sect. 35. §. 137.*
p. 622. & *M. Junckerus in Vita Lutheri Nummis & Ico-*
nibus Illustr. ed. 1699. Lips. p. 171. sq.

91) v. *Chur- und Fürstl. Sächs. Helden-Saal. Nürnberg 1687.*
pag. 555.

92) *Buchholzeri Ind. Chronolog. p. 557. Mathias l. c. pag.*
1050. sq.

93) *Ann. Dom. p. II.*

94) v. *M. Titii Exempel-Buch Witteb. 1657. p. 1377. ex Abr.*
Hofmanni Pomp. Reg. Ingress. Matthie in Super. Lus.

wie 1532. 95) der Türck abermahls in Ungarn kommen. -- Nach-
dem nun ein groß versamlet Kriegs-Heer / deren General Pfalz-
Graff Friedrich am Rhein gewesen / aus Teutschland zusammen
kommen: ist der Kayser Carl V. nebst seinen Bruder Ferdinando,
dem Röm. Könige in der Teutschen Lager kommen / -- -- und hat
Pfalz-Graff Friedrichen gefragt: ob man auch / wenn es die Noth
erforderte / noch einen so grossen Hauffen Volcks / nemlich 130000.
Mann in Teutscher Nation zusammen bringen könnte? Darauf
der Pfalz-Graff geantwortet / daß man in Teutscher Nation Städ-
ten nicht wohl spüren könnte / daß jemand herausgezogen wäre. Die-
ser Fürstlichen Meynung waren 2. Obersten Befehlshaber Chri-
stoph von Gersdorff / und Melchior von Rostis auch zugethan /
welche sagten: Gnädigster Herr Kayser / wenn man aus dem
kleinen Vändlein Teutscher Nation Pausis genannt / nur das
männliche Volck ausklauben solte / würde man wohl darinnen
ein solches zusammen bringen. Profecto heroicus sermo
heroes decens tantos, quanti Turcis pares esse potuerunt.

§. III.

Tertius sit *Hans Christoph à Gersdorff*, Dn. in Altsei-
denberg, Regiæ Dan. Majestatis piæ memoriæ olim Vigi-
liarum Præfectus Primarius, (Oberster Wachmeister) 96).

D

§. IV.

95) *In textu annus quidem 1530. legitur; sed pro hoc substi-
tuendum esse annum 32. sequentes ob rationes credo: Erat
enim anno 30. nondum Ferdinandus Rex Romanus renun-
ciatus, qui tamen hic Rex audit; porro Austria iterum
vim intulisse Solymannum, coacto magno & copioso exer-
citu refert Mathias l. c. p. 1059. Denique Carolum ex
Germania, Italia & Gallia anno 1532. octoginta peditum
millia & triginta fere galeatorum equitum, exceptis Un-
garicis equitibus collegisse asserit Bucholzer, l. c. p. 526.*

96) *M. Putschmann Orat. Nupt. in Dedic.*

§. IV.

Hunc excipiat *Hans Hieronymus à Gersdorff*, de quo in *Ehren- und Denckmahl Seren. Mauritii, Ducis Saxoniae & Postulati Administratoris Episcopatus Numburgensis* 97) hæc leguntur: *Hans Hieronymus von Gersdorff / Cammer- Juncker und Oberster Bachmeister.*

§. V.

Nec omittendus *Nicolaus à Gersdorff, Capitaneus & Arabarches* in urbe *Flandriae*, quam *Modiam* dicunt, qui 1611. d. 21. Jun. è vivis excessit 98).

§. VI.

Venimus ad *Sigismundum à Gersdorff, Cæs. Centurionem*. Cum verò *Solymanus*, *Turcarum Imperator* exercitu numerosissimo *Viennam Austriae* 1529. undiquaque obsidere cœpisset, tormentis & machinis bellicis vicies acerrime oppugnasset, & muros aliquoties rupisset 99), statim *Sigismundus noster*, arcis præfectus cecidit 100).

§. VII.

Seqvatur *Wenzeslaus, à Christophoro à Gersdorff, & Agatha à Biberstein natus*. Tertio hic *Henrici VI. imperio* anno 1193, cum hortatu Pontificis expeditio in *Asiam* institueretur, atque præmitterentur *Conradus, Episcopus Moguntinus, Conradus Wurceburgicus, Henricus Leo, Rudolphus Austriacus, Hermannus, Landgravius Thuringiae & alii*, qui *Saracenos* vincebant & *Berythum, Sidonem* aliq; loca capiebant 101), præfectus cohortis fuit 102).

§. VIII.

97) impr. Zeits 1681.

98) Hofemann in obitum Rudolphi II. p. 83. Lips. 1612.

99) Hæc ex Indice Chronolog. Bucholz. p. 516. sq.

100) Annal. Domest. p. 11.

101) Matthias l. c. p. 944. sq. 102) Annal. Dom. p. 6.

Fere dixero, quocunqve animi nostri intentionem, vertamus, aliud atqve aliud fortitudinis Gersdorffiorum, prostare exemplum intelligimus. Cum enim Gustaphus Adolphus, Rex Sveciæ, inita cum Electore Saxoniae societate Cæsarianos ad Lipsiam superaret, plurimas urbes & provincias Imperii Germani occuparet & mense Novembr. 1632. ad Luzenam prælio decertaret, insignem autem victoriam suo interitu funestaret, semper comes itineris, testisque factorum inuictissimi Regis fuit *Gersdorffiorum quidam*, tribunus plebis s. Chiliarcha, qui una cum Generale Majori Islero fortiter pugnans cecidit 103).

§. IX.

Immo anno jamjam 1525. illi prælio memorabili, in quo Franciscus Galliae Rex ad Paviam cæsus & captus fuit 104), Gersdorffiorum viginti septem; exercitui verò Christiano, cum anno 1529. Vienna à Turcis obsidione premeretur 105), hujus nominis heroum tres & sexaginta interfuisse, commemorantur 106). Nihil dicam de Gersdorffio, virtute plurimos præcedente, qui Chiliarcha accepit legionem loricatorum Diesenhaussianam; nihil de Chiliarcha loricatorum apud Cæsareos: nihil de eo, cujus men-

103) Zieglers *Schauplatz der Zeit* 6. Nov. pag. 1242. Bucholz. l. c. pag. 981.

104) Jo. Serrani *Inuentar. Historic. Franc. in vita Francisci I.* p. 493. Ff. 1625. Jo. Latii, auctum à L. Felleri, *Compendium Histor. Univers. c. 31. Sect. 1. p. 354. Ff. & Lips.* 1679.

105) Bucholz l. c. pag. 516. sq.

106) Hennelius l. c. *Annal. Domest.*

mentio fit in Souver. Europa 107). Rescio etiam complures adhuc Gersdorffios reperiri, ex quibus maxime celebres nominare 108) possemus: de his tamen alio tempore memorabilia perscribere non omittam. Faxit modo DEUS, ut hæc nobilissima stirps quam diutissime pro eo, ac ejus virtus meretur, severet ac floreat!
Tantum.

107) Verba pag. 494. sic fluunt: Das Regiment de la Marine commandirt der Brigadier Gersdorff.

108) v. g. Henricus à Gersdorff, Joachimi filius, præfectus cohortis domesticæ Regis Daniæ fuit. M. Pitschmann l. c. pag. 52. In Ecclesiæ Weigsdorffensis memoriis mentio fit Christophori à Gersdorff, qui in bello Passaurensi, Brunsvicensi & Bohemico fortissimum se gessit. Plura addere supersedeo.



Fliz A. Saxe. D. 469

